Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26080
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cuncta quę nouit. Et inducat te rex in cubiculum suum. & mirum in modum
colore mutato. sermo et ille conuenient. Quę est ista quę ascendit de
albata. Hęc idcirco domina mi custodiui. domina quippe debeo uo
care sponsam omnium. ut ex ipso principio lectionis agnoscerem. non
me nunc laude uirginitatis esse dicturum. quam probasti esse optimam
& consecratam. nec enumeraturum molestias nuptiarum quomodo intu
mescat uterus. infans uagiat. crucient pedes. domus cura sollicitet. &
omnia quę putantur bona. mors extrema paudit. Habent enim et martyres
ordinem suum honorabiles nuptias. et cubile inmaculatum. Si ut intel
legeres et exeuntes de sodoma timendum esse loth uxoris exemplum. Nul
la est in hoc libello adulatio. Adulator quippe blandus inimicus est.
Nulla erit rethorica pompa sermonis. quę te etiam inter angelos sta
tuat. & beatitudine uirginitatis exposita. mundum subiciat pedib
tuis. Nolo te uenire superbia de proposito. sed timore. Onusta incedis
auro. latro timandus est. Stadium est hęc uita mortalibus. Hic contendi
mus. ut alibi coronemur. Nemo inter serpentes & scorpiones securus
ingreditur. Et inebriatur et in quo omnes gladiis mis incelo. & tu pace arbitra
ris interra quę tribulos generat & spinas. quam serpens comedit. Nest
nobis colluctatio aduersum carnem et sanguinem. sed aduersus principatum & potestates
huius mundi. & harum tenebrarum. aduersus spiritalia nequitię in celestib.
Magnis inimicis circumdamur agminib. hostium plena est omnis. caro
fragilis. & anis futura post modum. pugnat sola cum plurib. Cum
aut fuerit desolata. & uenerit princeps mundi isti non inuenerit inca
nihil. te secura audies psalmum. Non timebis a timore nocturno. & a sa
gitta uolante per die. a negocio pambulante in tenebris. ab incursu demonio
meridiano. Cadent a latere tuo mille & x milia a dexteris tuis. ad te autem